

1534 ottobre 22, Verola Alghise.

Il prete don Giovan Francesco Borello (o Borella), rettore della chiesa parrocchiale di S. Andrea di Cignano, investe il conte Lucrezio Gambarà *qm* Nicolò di Verola Alghise di poco meno di un terzo di un mulino in rovina, sito nella contrada di S. Maria a Cignano, su cui la sua chiesa possiede i diritti, per un canone annuo di lire 10 e mezza *planet*.

Brescia - Archivio di Stato: Notarile Brescia, filza 373 (notaio Tonino Grena).

Copia autentica (di mano del notaio), con autenticazione del podestà di Verola Alghise.

Ediz.: inedito.

(*trascr.:* tc, 06.2010)

IN xpisti nomine amen anno a-natiuitate eiusdem millesimo quingentesimo trigesimo quarto Indictione septima die vigesimo secundo mensis octobris In salotto Infrascripti Illustris domini Comitis Lucretij sito In Castro merlino terre Virolealghisij diocesis Brixienensis presentibus domino Iacobo filio domini stephani de Casarijs Cremonensis Magistro hieronimo filio-quondam Gratioli de curticellis habitatore Virole alghisij et Magistro Gulielmo de piligrinis sutore habitatore pratalboyni omnibus Testibus rogatis notis et ad hec specialiter conuocatis Asserente dicto Magistro hieronimo cognoscere Infrascriptas partes et per me notarium Infrascriptum cognitas.¹

Cum sit quod Reuerendus dominus presbiter Ioannes Franciscus borellus ac Rector parochialis ecclesie sancti Andree de Cignano habeat Ius pro dicta ecclesia In quodam molendino dirupto et ruinato sito super territorio dicte terre Cignani In contrata sancte Marie. Quod Ius est de tercia parte et aliquantulum minus dicte tercie partis De qua parte Idem Ioannes² franciscus nullum percipit fructum nec aliqua vtilitate percipere potest propter ruinam Ipsius molendini. Et volens Idem dominus Ioannes franciscus rector utsupra Consulere eiusque et dicte ecclesie Inde<m>pnintati prouidere et aliquem fructum percipere ex dicta tercia parte utsupra dicti molendini dirupti accedente tamen conscensu sedis apostolice seu Reuerendissimi domini domini francisci Cornelij miseratione diuina sancte Romane ecclesie presbiteri Cardinalis ac episcopi Brixie seu eius Reuerendi domini vicari et non aliter nec alio modo Citra tamen omnem labem et maculam simonie Imo ea penitus amota agens per se et successoribus suis ac nomine et vice dicte parochialis ecclesie per pennam quam In suis manibus tenebat Inuestiuit et Inuestit ad rectum liuellum Brixie ad affranchandum Illustrem dominum Comitem Lucretium filium-quondam Illustris domini Comitis Nicolai de gambara presentem et hanc Inuestituram acceptantem per se suisque heredibus et successoribus nominatim de dicta tercia parte dicti Molendini dirupti cum modico minus dicte tercie partis utsupra. Cum Iuribus aquarum³ sibi spectantibus et pertinentibus siti super dicto territorio Cignani In contrata predicta sancte Marie dicte de Cignano cui choeret amane strata amonte similiter mediante seriola vocata la Cignana Iure dicti molendini asero et ameridie dominus petrus Iacobus de vrsis saluis alijs choerentijs. Ad habendum tenendum gaudendum et possidendum dictam partem Molendini cum Iuribus aquarum utsupra et quicquid dicto domino Comiti emphiteote deinceps de eis perpetuo placuerit faciendum saluo tamen Iure liuelli Infrascripti cum omnibus et singulis que Infra predictos continentur confines uel alios si qui forent veriores. Accessibusque Ingressibus et egressibus suis superioribus et Inferioribus vsque In vias publicas Et cum omnibus et singulis

¹ La divisione in paragrafi è redazionale (nel ms il testo è steso per intero in forma continuativa), come pure la numerazione delle pagine e del capitolato.

² La «I» corretta da «d»

³ La «a» corretta da «q».

que dicta bona In emphiteosim data ut*supra* habent supra se Infra seu Intra se In Integrum *omnique* Iure ratione et actione vsu honore seu || <p. 2> requisitione vijs vsibus vsantijs terminis et *confinibus* aquis aqueductibus ceterisque Iuribus rationibus et actionibus spectantibus et *pertinentibus* dicte tertie parti molendini seu dicte ecclesie sancti Andree per ea Dans Cedens transferens et mandans dictus dominus Ioannes franciscus Rector ut*supra* dicto domino Comiti emphiteote *presenti*⁴ et acceptanti omnia et singula Iura dicte ecclesie omnesque rationes et actiones reales et personales vtiles directas mixtas et hipotecharias et alias et alia quascumque et quecumque competentes *competentia* competituras et competitura et que sibi Infuturum quouismodo competere spectare seu pertinere possit In et pro dictis bonis In emphiteosim datis aut Ipsi bonis In emphiteosim datis ut*supra* tam de Iure et de consuetudine quam de facto Que quidem bona In-emphiteosim data ut*supra* dictus dominus Ioannes franciscus Rector ut*supra* se nomine dicti domini Comitum emphiteote possidere Constituit donec Ipse dominus Comes per se uel alium eius nomine de eis tenutam et corporalem Acceperit possessionem Quam accipiendi sua propria auctoritate In ea standi et deinceps perpetuo retinendi licentiam omnimodam contulit atque dedit ponendo ac posuit dictus dominus Ioannes franciscus rector ut*supra* Ipsum dominum Comitum In omnem et dicte ecclesie locum ut In rem suam vere propriam Ipsumque dominum Comitum suum nuntium et procuratorem Ireuocabilem ad predicta Constituit perpetuo duraturum et tam agendum quam ad defendendum promittens semper de ratho habendo Promittens et solempniter promisit et promittit dictus dominus Ioannes franciscus rector ut*supra* dicto domino Comiti emphiteote de euictione et ligittima defensione dicte tertie partis dicti Molendini cum Iuribus aquarum ut*supra* ab omni contradicente⁵ persona comuni collegio et vniuersitate In omni causa *omnique* Iudicio et extra proprijs expensis Ipsius ecclesie Dando reddendo et soluendo ac dare reddere et soluere conuenit et solempniter promisit et promittit dictus dominus Comes Lucretius emphiteota predicto domino Ioanni francisco borelle Rectori ut*supra* libras decem cum dimidia planet quolibet anno In festo sancti Martini uel In eius octaua pro ficto liuellario dicte partis dicti Molendini disrupti Incipiendo soluere primum fictum liuellarium In festo sancti Martini de anno 1535 et sic successiue de anno In annum sub pena dupli dicti ficti sic quolibet anno In dicto termino non soluti. Quo ficto sic dato et soluto aut Infra dictum terminum ligittime oblato alia superimposita non fiant dicto domino Comiti emphiteote Cum hijs tam pactis Inter dictas partes agentes ut*supra* factis firmatis et vallatis sine quibus dictus dominus Comes non acceptasset dictam Inuestituram et cum quibus dictus dominus Ioannes franciscus Ipsum dominum Comitum Inuestiuit videlicet

[1] quod dictus dominus Comes possit et valeat dictum molendinum et Ius affranchare et se liberare a dicto liello pro libris ducentum decem planet dandis et soluendis || <p. 3> per Ipsum dominum Comitum seu per alios eius nomine dicto domino Ioanni francisco Rectori ut*supra* ad omne beneplacitum Ipsius domini Comitum. Et hoc In vna vice seu In pluribus vicibus dummodo non possit dare minus libris quadraginta planet pro qualibet vice.

[2] Item quod dictus dominus Ioannes franciscus rector ut*supra* teneatur et debeat detrahere⁶ et defalcare liellum pro ratha temporis et quantitatis pecunie numerande per Ipsum dominum Comitum ad rationem quinque per centum

[3] Item quod dictus dominus Ioannes franciscus rector ut*supra* teneatur et obligatus sit Inuestire et bene Inuestire dictas libras ducentum decem planet In re Immobili et segura pro cautione et securitate predicti domini Comitum et pro bono dicte ecclesie aliter non possit recipere dictas pecuniarum quantitates nisi eas Inuestiret

[4] Item quod dictus dominus Comes possit et valeat dare Ipsi domino Ioanni francisco vnum liuellarium æquiualentem pro affranchatione dicti molendini et Iurum dummodo manu teneat Ipsum liuellarium bonum verum et exigibilem debitorem Quo dato Idem dominus Ioannes franciscus teneatur liberare et affranchare Ipsum dominum Comitum Lucretium a solutione

⁴ La «n» corretta da «e».

⁵ Corretto da «contradictione».

⁶ Scil.: "detrahere".

dictarum librarum decem cum dimidia planet

Promittentes dicte partes agentes dictis modis et nominibus sibi Inuicem et vicissim *videlicet* vna pars alteri et econuerso solempni stipulatione hincinde Interueniente predictam Inuestituram et omnia et singula In presenti Instrumento contenta cum pactis prescriptis perpetuo et omni tempore firmam ratham et gratam ac firma ratha et grata habere et tenere attendere et obseruare et In aliquo non *contrafacere nec contrauenire* aliqua ratione causa uel Ingenio de Iure nec de facto sub pena *omnium damnorum expensarum et Interesse litis et extra* Inde vni parti deffectu uel culpa alterius et econuerso aliqualiter Incurentur pro predictis non sic *seruatis utsupra*

PRO quibus omnibus et singulis *suprascriptis* sic perpetuo firmiter attendendis et obseruandis dicte partes agentes *utsupra* obligauerunt sibi Inuicem et vicissim *utsupra videlicet* dictus dominus Comes obligauit dicto domino Ioanni francisco se *personaliter* et omnia et singula sua bona *presentia et futura* pigneri Et dictus dominus Ioannes franciscus obligauit dicto domino Comiti omnia bona dicte parochialis ecclesie *presentia et futura* pigneri Constituentes se se ea bona *precarijs mutuis nominibus* possidere. Et renuntiauerunt exationi dicte partes agentes *utsupra non sic facte suprascripte* Inuestiture *promissionis et obligationis* ac pactorum Et non sic In omnibus et singulis *suprascriptis* fuisse et esse *verum omnibusque* statutis *consilij ordinibus prouisionibus decretis et reformationibus* comunis et populi Brixie et aliunde factis et fiendis et cuilibet alteri suo Iuri et legum auxilio In *contrarium* ad predicta quouis modo operantibus

De quibus omnibus et singulis *suprascriptis* rogatus sum ego Toninus notarius *Infrascriptus* publicum conficere Instrumentum ad laudem viri sapientis

[SN] Ego Toninus filius quondam Magistri Iacobi de grena predictae terre Virolealgijs habitator publicus Imperiali auctoritate notarius predictis omnibus Interfui et de eis rogatus fui alijs vero occupatus per alium notarium In hanc publicam formam redigi feci: et quia cum suo principali concordare Inueni Ideo In fidem et robur premissorum me subscripsi cum attestacione mea solita. || <p. 4>

[a.m.] Quoniam de notariorum Fide & legalitate propter locorum distantiam sepenumero dubitare Contingit, Idcirco Ego Ioannes Franciscus de Bayueris Virolealgijs et pertinentiarum potestas pro Magnificis Dominis Comitibus de Gambarara Fidem Indubitatum Facio & atestor Qualiter Antescritus Dominus Toninus de Grena fuit & est publicus, authenticus ac legalis notarius boneque vocis conditionis & fame Cuius scripturis ab omnibus indubitata Fides habebitur,

In Quorum Fidem has manu propria subscripsi Sollitoque sigillo meo Sigillaui.

Datum Virolealghisij die XVII augusti 1535

Ego Idem Ioannes franciscus Bayuera manu propria subscripsi Et me subscripsi etc ||